Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vesper aut sabbi que lucescit in prima sabbi uenit ma
ria magdalena et altera maria uidere sepulchrum. Et
ecce terre motus factus est magnus. Angelus enim do
mini descendit de celo et accedens reuolut lapidem
et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur et uesti
menta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custo
des et facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus dixit mu
lieribus. Nolite timere uos. Scimus enim quod iesum qui crucifixus
est quaritis. Non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite et uidete
locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis
eius quia surrexit et ecce precedet uos in galileam. Ibi eum uide
bitis ecce dixi uobis. In die sancto Pasche. Ad tertiam.

Rs. Expurgate uetus fermentum ut sitis noua
conspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nrm
immolatus est xpc. Itaque epulemur non in fermento
ueteri neque in fermento malitie et nequitie sed in azimis sin
ceritatis et ueritatis. Secundum Marcum.

Illuxit. Maria magdalene et Maria Iacobi et Salome
emerunt aromata ut uenientes ungerent iesum. Et ualde ma
ne una sabbatorum uenerunt ad monumentum orto iam sole. Et
dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio
monumenti. Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quip
pe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum uiderunt iuue
nem sedentem in dextris coopertum stola candida et obstupuerunt. Qui
dixit illis. Nolite expauescere. Iesum quaritis nazarenum crucifixum.
Surrexit non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite di
cite discipulis eius et petro quia precedet uos in galileam. Ibi eum
uidebitis sicut dixit uobis. Isaia. lc. Actum Apostolorum
Die illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Vi